

310

308

314

tunc audit horribilem tumultum, sicut egomet saepe audivi.
Simplices hoc audientes terrentur multum, et dicunt, de subitus
esse purgatorium, et sonitum illum causari ex illatione poena-
rum, et ex rugitu tortorum. Sed ego existimo, quod ex deam-
bulatione superius in templo causetur inferius talis sonitus.

304

319

Iuxta utrumque latus graduum sunt cavernae magnae et
altae, petris incissae, quae fuerunt capellae consecratae olim
cum altaribus et penitus sunt (114A) absque lumine. Mirum
est videre antiquorum devotionem in his et similibus. Duo altaria
habet haec capella, et juxta majus altare ad latus dextrum est una
cathedra saxea et juxta cathedram fenestra per petram, per quam
est respectus in foveam inferius, in qua sancta crux fuit inventa.
Et dicunt, quod dum Helena sanctam invenisset crucem, primo
hanc capellam aedificavit, et in illa cathedra sedens continue
in speluncam, ubi crucem invenerat, oculos conjecit per fenes-
tram, et semper ibi manens, aedificatoribus formam templi
erigendi tradidit, et impensas solvit, et in tenebrosis capellis
lectulum suum habuit, et ibi cum ancillis suis diebus et noc-
tibus mansit, quoisque tota ecclesia consummata fuit. Hanc
capellam nonnulli nominant ecclesiam S. Jacobi, dicentes, quod
S. Jacobus, primus in Jerusalem episcopus, ibi sedem suam
habuerit, et ideo etiam ipsam cathedram nominant S. Jacobi
sedem. Sed hoc est contra rationem, cum tempore S. Jacobi
nulla fuerii ibi ecclesia, sed locus extra urbem despectus
propter montem Calvariae.

299

359

259

409

209

Ende

De spelunca, in qua sancta crux fuit inventa a
S. Helena.

Anfang

De hac capella ulterius descendimus per XVI gradus, qui
ad latus dextrum sunt, cum cantu de sancta cruce, et in aliam
capellam venimus penitus tenebrosam, et lumine coeli caren-
tem, lampadibus tamen multis illustratam. In imo illius capellae
est fovea sub rupe superpendente, XXII pedes habens longi-
tudinis, in qua sancta imperatrix Helena pretiosissimum the-
saurum invenit, qui ultra CCC annos ibi latuit. Reperit enim
ibi cruces tres, clavos, spineam coronam, tabulam tituli cruci
superpositam, ferrum lanceae, quo Christi cor fuit transfixum,

